10402

DGCL GE
A
t.129535
CB R.102827

# ACTA
# CAPITVLI PROVIN-
## CIALIS PROVINCIÆ HISPA-
## NIÆ ORDINIS PRÆDICATORVM,

CELEBRATI IN CONVENTV SANCTI IL-
defonſi Taurenſis, Dominica in Septuageſi-
ma, die ſexta decima Februarij, Anni
Domini 1631.

*SVB R. A. P. Fr. IACINTHO DE LA
Plaza Preſentato, & Prædicatore Generali,
Vicario Generali, & Prouinciali electo
eiuſdem Prouinciæ.*



Valliſ-Oleti, *Apud Ioannem de Rueda,*
in via Samani.

# HÆC SVNT ACTA CAPITVLI PROVIN-cialis Prouinciæ Hiſpaniæ Ordinis Predicatorum celebrati in Conuentu Regali Sácti Illefonſi Taurenſis, Dominica in ſeptuageſima die ſexta decima Februarij, anni 1631. ſub R.A.P.N.Fr. Iacintho de la Plaça, Preſentato, & Predicatore Generali, Prouinciali electo, & Vicario Generali eiuſdem Prouinciæ, diffinientibus RR.A.PP.N. Fr. Ioanne del Poço, Magiſtro, & Priore eiuſdem Conuẽtus, Fr. Ioanne de la Puente Magiſtro, & Priore Valliſoletano, Fr. Franciſco de la Ribera Magiſtro, & Priore ſanctæ Mariæ de Atocha de Madrid, Fr. Ferdinando de Miranda Magiſtro, & Priore Salmantino.

## *Abſolutiones.*

ABSOLVIMVS omnes Suppriores, & Vicarios Cõuentuũ non hebentium Priores, exceptis Supprioribus de Medina del Cãpo, Eſtela de Nauarra, Ciudad Rodrigo, Toro, Tudela, Alcala, Galiſteo, Villalpando, Soria, Madridejos, Nauas, Auila, Ciſuentes, Merida, Logroño, Saelices, Plaſencia, Tarce, Peña de Francia, quia nuper inſtituti ſunt, & exceptis Supprioribus de Carboneras, Santillana, Valuerde, Tuid, propter inſtãtes electiones, vſque ad preſentiam Prioris electi, & confirmati, & etiam abſoluimus omnes Lectores caſuum conſcientiæ, & pro quibuſdam grauioribus Conuentibus prouidebit R.A.P.N.P.

## *Expoſitiones.*

¶ Acceptamus Magiſterium R.P.Fr. Petri de Oliuares, & Ma-

Magiſterium R.P.Fr.Gregorij Martinez Regentis in Colegio ſancti Gregorij Valliſoletani, & Magiſterium R.P. Fr. Stephani Rodriguez Prioris Conuentus ſancti Thomæ Regalis Abulenſis, & exponimus ad legendas ſententias pro forma, & gradu Magiſterij incluſiue, R.P.Fr.Petrum de Tapia Primariæ Cathedræ in Vniuerſitate Complutenſi moderatorem.

## *Acceptationes.*

ACceptamus præterea preſentaturam R. P. Fr. Antonij Vazquez, & preſentaturam R.P. Magiſtri Fr. Gabrielis de Caicedo, concionatoris Conuentus Salmantini, & preſentaturam R.P. Magiſtri Fr. Ioannis de Soſa, & exponimus ad legendas ſententias pro forma, & gradu Magiſterij excluſiue P.Fr.Ioannem Martinez Rectorē Colegij ſancti Thomæ Complutenſis, & P. Fr. Balthaſarem de Lobiano Lectorem Theologiæ, in Conuentu ſanctæ Mariæ de Atocha de Madrid, & P.Fr.Hieronymum de Valdenebro Lectorem Theologiæ in Conuentu ſancti Pauli Valliſoletani, & P. Fr. Bartholomeum de Echeuarria Regentē in Conuentu ſanctæ Mariæ ſuper Mineruam, & P.Fr.Thomā de Buſtamante Lectorē Theologiæ ſanctæ Mariæ de Atocha de Madrid, & P.Fr. Illefonſum Velarde Regentē Collegij S.Gregorij Valliſoletani.

Item etiam acceptamus preſentaturam P.M. Fr.Ioannis de Lerma Prioris ſancti Dictini de Aſtorga, quæ eſt pro numero concionatorum.

## *Confirmationes.*

CONFIRMAMVS antiquum morem noſtræ Prouinciæ, & mandamus in virtute Spiritus Sancti, & ſanctæ obedientiæ ſub præcepto formali, ne quis cellam alterius Fratris ingrediatur, quocumque Fratre, vel Fratribus intra exiſtentibus, ſiue ſit hoſpes, ſiue aſsignatus, ſiue depoſitatus in Conuentu, & quod corpus non intromitant in cellam intra limen, ſuper quo oſtium clauditur; ſed corpus maneat omnino extra limen, ac ſi oſtium ipſud eſſet clauſum, exce-

excipimus cellam Prioris, & Magiſtri nouitiorum pro ſibi ſubditis, licebit autem cellas Magiſtrorum huius Prouinciæ ingredi, & eorum qui prouincialatus officio functi fuerint, præterquam à ſigno, quod fit poſt completorium, vſque ad primam ſequentis diei. Priores autem, ſeu preſidentes poterunt diſpenſare, non tamen dando licẽtiam aliquam generalem, ſed in hoc quantum poſsibile ſit abſtineant à talibus diſpenſationibus, & reuocamus omnes licentias ingrediẽdi cellas, hucuſque datas. Cellas autem Suppriorum de licẽtia Prioris, pro eius libito, ingredi poterunt Fratres, non tamen noctu; neque cellam Vicarij Conuentus, quod ſi Priores viderint colloquia fratrum frequẽtari in cella Supprioris, quibus tempus teritur, & inconuenientia oriuntur, talem ingreſſum cellæ Suppriorum omnino prohibeant.

2 Item ſub eodem precepto formali mandamus, quod nullus adeat monaſteria monialium; neque beatarum, nec aliarũ mulierum congregatarum ſub obedientia viuentium, niſi de licentia Prioris, pro qualibet vice, & pro quolibet cõuentu determinato, quæ licentia in alium diem translata non valeat, nec detur talis licẽtia; niſi eis, qui quadrageſimum annum attigerint, & Suppriores, aut Vicarij non poſsint concedere tales licentias, Priore exiſtente in oppido, vel ciuitate. *Præceptum de non adeundo Monaſteria Moniliũ.*

3 Item ſub eodem precepto formali, mandamus, ne quis curiam Regiam ingrediatur; neque eius ſuburbana, nec per noctet in ciuitatibus, vel oppidis in quibus Conuentus habemus. *Non ingrediantur Curiã Regiã.*

4 Item ſub eodem precepto formali, mandamus Prioribus, ſeu preſidentibus Cõuentuum, quod bona defunctorum antequam diſtribuantur fideliter in ſcriptis numerentur corã Priore, vel Supperiore, ſeu preſidente, & alijs duobus Patribus ex antiquioribus, & quod tertia pars bonorũ, & etiã veſtiũ, vno dũ taxat veſtitu excepto, applicetur pro anima Fratris defuncti, altera pars Conuentui, cuius eſt filius, altera Conuentui in quo eſt aſsignatus, & illa pars quæ competit animæ defuncti diuidatur inter Conuẽtum, cuius eſt filius, & in quo eſt aſsignatus, quod ſi fuerit Prior, illę duæ partes, quæ remanent, excepta parte animę, diuidãtur in tres Conuentus, altera ſit Conuentui, cui eſt aſſignatus, & altera conuentui, cuius eſt filius, & altera conuentui, cuius eſt Prior, & prædicta pars pro anima diuidatur in prędictos tres Conuentus, in tali caſu, ſi autem non habuerit bo- *Quomodo diſpenſanda ſunt bona defunctorum, & quid circa ipſos agendum.*

na, Conuentus dicat quinquaginta Miſſas in ſolidum pro illo defuncto.

*Ad quid obligantur fratres depoſitati.* 5 Item ſub eodem præcepto formali, mandamus, vt Fratres depoſitati in Prouincia, vel in aliquo Conuentu teneantur ad omnia precepta Prouinciæ, vel Conuentus, & tot Miſſas celebrare pro Conuentu, ſicut cæteri aſsignati, & etiam hebdomadam, & reliqua officia exercere.

*Præceptũ de non tractando de electione Prouincialis.* 6 Item ſub eodem precepto formali mandamus, ne quis fratrũ noſtræ Prouintiæ agat, nec tractet verbo, nec ſcripto per ſe, nec per aliam perſonam de electione Prioris Prouincialis futuri quoad vſque literę conuocatoriæ ſint notificatæ, nec frater aliquis huius Prouinciæ poſsit verbo, vel ſcripto per ſe, nec per aliam perſonam tractare, nec ſe intromitere in electione Prioris conuentualis alterius Conuentus.

*Non interſint fratres repreſentationibus, aut comedijs.* 7 Item confirmamus, & præcipimus in meritum ſanctæ obedientiæ, & ſub pœna quindecim dierum in pane, & aqua, ſuper nudam terram, ne quis repreſentationibus ſecularibus interſit, niſi in preſentia Epiſcoporum, aut in Collegijs, vel domibus Religioſorum, aut in Capitulis Eccleſiarum, vel in ſolemnitatibus oppidorũ, & idem præcipimus ſub eadem pœna (preter cẽſuras à ſede Apoſtolica aſsignatas) eis, qui interfuerint agitationibus taurorum.

*Non permitantur comediæ in Eccleſia.* 8 Item confirmamus, & præcipimus Prioribus, & preſidentibus Conuentuum ſub pœna abſolutionis ab officio, vt non permitant comedias in Eccleſia, neque quod fratres, vel ſorores illas repreſentent.

*Priores ante bienniũ explectũ, non eligantur in alio Conuentu.* 9 Item confirmamus, & præcipimus, ne Prior alicuius Conuentus eligi poſsit in Priorem alterius Conuentns ante biennium ſui Prioratus, neque Suppriores, nec Lectores poſsint eligi in Priores ſui Conuentus.

*Non concedantur licẽtiæ itinerandi extra dietam.* 10 Item cõfirmamus, & præcipimus omnibus Prioribus, ſeu preſidentibus Conuentuum ſub pœna abſolutionis ab officio ne concedant licentiam fratribus itinerandi extra ſpatium quatuor decim leucarum, neque licẽtiam datam à R, A.P.N.P. poſſint prolongare, neque licẽtiam de conſilio patrum poſsint dare, niſi ob cauſam ita vrgentem, quod non poſsit expectari licẽtia à R.A.P.N.P.

11 Item confirmamus, quod quando aliquis eligitur in aliquo Conuentu non poſsit ſuccedere illi Prior Conuentus il-

lius ad quem eligitur, quod vulgo dicitur, *trocar.*

12 Item confirmamus, quod Confeſſores, & Procuratores monialiũ nõ ingrediantur monaſteria; niſi ad adminiſtranda Sacramenta, vel ad aliquam vrgentiſsimam cauſam, & de licentia Prioris, qui eſt Vicarius, & vbi non eſt Vicarius ingrediantur ſimul duo fratres, & ſi fuerit ſolus vnus frater aſocietur Prioriſæ, vel Suppriorifæ, quod ſub pœna abſolutionis ab officio præcipimus Priorisſis, & ſuppriorisſis. *De ingreſſu confeſſorum in monaſteriam o nialium.*

13 Item, quod tales fratres dicant tres Miſſas in qualibet ſeptimana, pro obligationibus Conuentus, quod ſi obligationem aliquã, non habuerint dicant pro intentione R. A. P. N. P. ſeu pro benefactoribus dicti Conuentus, vel noſtræ Prouinciæ. *Quot Miſſas tenetur dicere.*

14 Itẽ confirmamus de licẽtia Rſs. P. N. M. Generalis Fr. Hieronymi Xauierre Cardinalis pręteriti, ꝙ ſotius R. A. P. N. P. teneat locũ poſt præſentatos huius Prouinciæ, etiã in mẽſa. *Locus ſocij R. A. P. P.*

15 Item confirmamus, vt Priores, ſub pœna ſuſpenſionis ab officio per duos menſes, nõ abſint à ſuis Cõuentibus vltra quindecim dies, & quod tales abſentias; neque etiam per pauciores dies frequentent. *Priores non abſint à ſuis cõuentibus.*

16 Item confirmamus, quod qualibet ſeptimana Feria quinta renouetur Sacroſanctæ Euchariſtiæ Sacramentum ſolemniter coram toto Conuentu. *Renouetur Euchariſtia.*

17 Item confirmamus vt nullus prædicet bullas cruciatæ, quod ſub pœna excommunicationis, ita pręceptum eſt in noſtris conſtitutionibus, diſt. 2. cap. duodecimo. *Non prædicent bullas.*

18 Item præcipimus Supprioribus, vel Vicarijs in capite in electionibus ſub pœna priuationis ab officijs, ne aperiant literas à R. A. P. N. P. deſtinatas ad electionem Prioris conuentuales, in quibus proponit eligendos, niſi coram toto conuentu. *Non aperiantur literæ eligendorum.*

19 Item confirmamus, quod non recipiãtur ad habitum, ſeu profeſsionem, qui parentes habent in maxima paupertate, ne cogantur parentes alere ex eleemoſynis, vel bonis Conuentus, quod præcepit Rſs. P. N. Generalis M. Ordinis Seraphinus ſiccus. *Non recipiantur ad habitũ, qui parentes habent egenos*

20 Item confirmamus, quod in menſa poſt lectionem Sacræ Scripturæ in commeſtione meridiana legatur aliquid de noſtris conſtitutionibus, & in cœna, vel collatione aliquid de vita Sanctorum noſtræ Religionis, vel de ſcriptis venerabilis P. Fr. Ludouici de Granada, & quod proceſsio defunctorum *Quid legendum in mẽſa.*

 per

per clauſtra nõ omitatur qualibet ſeptimanã.

21 Item confirmamus, quod Prædicatores deuotionem ſanctiſsimi Roſarij beatæ Virginis procurent, & ſuadeant.

*Suppriores quomodo decretum electionis mittere debẽt.*

22 Item confirmamus, & ſub pœna abſolutionis ab officio mandamus, vt Suppriores, ſeu preſidentes electionis Prioris intra ſex dies mittant decretũ electionis ad R.A.P.N.P pro confirmatione, non mitendo fratrem; ſed aliqua alia certa via, & poſtquam confirmationem receperint intra ſex dies illam remittant ad Priorem confirmatum, qui acceptare teneatur intra octo dies poſtquam illam receperit, alias caſetur electio, & ſtatim ad ſuum Conuentum deuoluatur.

*Aſsignationes quãdo, & à quibus ſunt notificandæ.*

23 Item confirmamus vt aſsignationes, quæ intra duos mẽſes à die ſuæ conceſsionis notificatę non fuerint ipſo facto ſint nullę, neque poſsint notificari, niſi à patre Priore, vel preſidente Conuentus, vel de eius licentia, niſi quando frater aſsignationem recepit, & ſibi notificatur, extra ſuum Conuentum.

*Magiſtri nouitiorum.*

24 Item confirmamus, quod Magiſtros Nouitiorum Priores adiuuent pro viribus, & honorent, & titulo Paternitatis gaudeant, & locũ habeant poſt graduatos, & poſt ſotium R.A.P.N.P. vbique niſi in menſa.

*Ordinationes viſitationum ſeruẽtur.*

25 Item confirmamus vt omnes ordinationes factæ in viſitationibus Conuentuum ſeruentur à fratribus, & ſororibus, ſiue præcepta formalia, ſiue aliæ ordinationes.

## *Ordinationes.*

*Materia veſtium qualis debet eſſe.*

ORDINAMVS, & mandamus vt capæ, & ſcapularia deinceps nullatenus fiãt; niſi ex materia vili, qualis eſt tela Palentina, vel alia ſimilis, tunicę vero exteriores (quas vulgo ſayas vocamus) nullatenus fiant, niſi ex panno vili de Piedrayta, vel de Villacaſtin, vel alio ſimili. Permitimus autem, vt he tunicæ exteriores poſsint fieri ex tela vili Palentina, & hæc omnia obſeruari præcipimus, iuxta tenorem noſtrarum conſtitutionum ſub pœna abſolutionis Prioris infallibiliter infligẽda. Omnibus autem Religioſis tam Prælatis, quã ſubditis præcipimus in virtute Spiritus Sãcti, & ſanctæ obedientiæ, & ſub formali præcepto, vt deinceps nullum indumentum de nouo faciant, etiam interius, niſi de materia ſupradicta

dicta,& cum à probatione prælati tam in materia,quam in forma.

1 Item ordinamus,vt omnibus Religioſis ſingulis annis detur vna tunica ad carnes,caligæ,& calcei iuxta conſuetudinem huius Prouinciæ. Tunica exterior, & ſcapulare ſemel in biennio,capa vero in quadriennio,quę omnia,& ſingula nullatenus dentur,niſi in propria ſpecie,quod ſi contingat quocumque titulo remoueri aliquem de vno Conuentu in alium,Prior Conuentus,ad quem declinauerit aſsignatus , teneatur illi tribuere veſtuarium illi deſignatum computato tēpore,quo in alio Cōuentu fuit commoratus,ita tamen,quod Prior Cōuentus,à quo diſceſit teneatur proportionabiliter ad tempus,quo in ſuo Cōuentu fuerat conmoratus,remitere partem veſtuarij pro rata ad Priorem Conuentus ad quem declinat,illis autem,qui ſunt ſub tutela Magiſtri Nouitiorum prouideatur infalibiliter de veſtibus relictis ab alijs,quibus prouiſſum eſt iuxta prædictam ordinationem,& hic ſit veſtitus eorum. Priores vero Conuentuum teneantur de biennio,in biennium ad capitula,& congregationes defferre,vel mittere fidem obſeruantiæ huius ordinationis teſtimonio iuridico depoſitariorum Conuentuum,quæ omnia præcipimus obſeruari ſub pœna abſolutionis infallibiliter infligenda,quæ fides examinabitur,à patribus deſsignandis in Capitulis,antequam ad electionem procedatur. *Quomodo prouidendum ſit Veſtuarium.*

2 Item ordinamus,vt feria ſecunda,& quarta , & Sabbato, nulli eſus concedatur,niſi de cibis noſtrarum conſtitutionum, in cœna autem nulla die. Dominica autem die , & feria Tertia, & Quinta,poſsit Prælatus diſpenſare ex cauſa approbata à noſtris conſtitutionibus, ita tamen , vt nulli fixa dies deſignetur, Prioribus autem non fiant conuiuia, niſi ex vrgente cauſa,& maxima cum limitatione. *De eſu carnium.*

3 Item ordinamus,& mandamus in virtute Spiritus Sancti, & ſanctæ obedientiæ,& ſub præcepto formali omnibus ſororibus,& prioriſis,ſiue preſidentibus Conuentuum,vt vota,ad recipiēdum ad habitum,vel ad profeſsionē moniales,vel ad alios contractus pro Conuentu faciendos,ſecreto recipiantur in vrna aliqua per ſchedulas,vel fauas,& à tribus ſororibus antiquioribus fiat ſcrutinium. *Moniales ſecreto recipientur ad habitū, & profeſsionē.*

4 Item ordinamus,quod nullus poſsit eſſe Supprior, niſi trigeſsimum ætatis annū attigerit,alias eius inſtitutio facta in hoc diffi- *Ætas ſuppriorum.*

diffinitorio, vel poſtea facienda ipſo facto ſit irrita, & nulla.

*Qui ſint deſignandi in confeſſores monialium*

5 Item ordinamus, quod Cõfeſſores monialium nullatenus in poſterum deſignentur, niſi, qui Priores fuerint, vel gradu ſaltim præſentaturæ gaudeant.

*Confeſſares monialium ſubditi ſint Vicarijs.*

6 Item declaramus, ſicut ſemper certum fuit, & ſi opus eſt de nouo ordinamus, & mandamus, & ſtatuimus, vt Confeſſores, & Procuratores monialium omnino ſubditi ſint Vicarijs monialiũ, & prioribus, qui Vicarij ſunt monialiũ, ſicut ipſæ moniales ſubditæ ſunt, & plenariam ſuper illos habeant iuriſdictionem temporalem, & ſpiritualem, ac ſi in Conuentibus talium priorum eſſent aſsignati.

*Priores faciant ſcrutinium.*

7 Item ordinamus, & mandamus in virtute Spiritus Sancti, & ſanctæ obedientiæ ſub formali præcepto omnibus prioribus ſeu preſidentibus huius Prouinciæ: vt cum ad ſuos Conuentus peruenerint, intra brebe tempus ſcrutinium faciant in cęllis omnium fratrum.

*Confeſſoribus dentur licentiæ ſolũ per trienniũ.*

8 Item ordinamus, & mandamus vt examinati ad audiendas confeſsiones, & ad concionandum non approbentur, niſi per triẽnium, quo expleto, iterum ad examen redeant, & obſecramus R. A. P. N. P. vt in hac ordinatione deſſicilis ſit ad diſpenſandum.

*Tituli Paternitatis, & Reuerẽtiæ, quibus debeant exhiberi.*

9 Itẽ ordinamus, & mãdamus, vt nullus titulo paternitatis nominet, niſi Magiſtros, & Priores actuales, vel eum, qui tribus vicibus prioratus officio functus fuerit, & Preſentatos, & Prædicatores Generales, & Procuratores Generales Ordinis, nec titulo reuerenciæ nominet aliquem iuuenem, aut laicum, & qui oppoſitum fecerit teneatur recitare intra ſpatium viginti quatuor horarum, veſperas defunctorum, quod mandamus, in virtute Spiritus Sancti, & ſanctæ obedientiæ, & ſub præcepto formali, omnibus fratribus huius noſtræ Prouinciæ.

*Non aſsiſtant Fratres ad petẽdas elemoſynas.*

10 Item ordinamus, & mandamus Prioribus, & præſidentibus Conuentuũ ſub pœna priuationis ab officio, quod fratres nõ aſsiſtãt in oppidis ad petẽdas eleemoſynas niſi in æſtate, ſed ſolum determinata quadam die, oſtiatim per domos, illas petant, & ad ſuum Conuentum ſtatim reuertantur, prouideant autem dicti Patres Priores decõcionatoribus, & cõfeſſoribus mitẽdis ad tales populos, prout neceſſe eſſe iudicauerint, & ſtatim, vt dictum eſt, fratres ad Conuentum reuertantur.

*Prior ſan-*

11 Item ordinamus, & mandamus Priori, ſeu preſidenti pro tem-

tempore noſtri Conuentus Sancti Thomæ de Madrid ſub pœna abſolutionis ab officio, vt à patribus Magiſtris, & Regiæ mageſtatis miniſtris ibi quomodolibet exiſtentibus contributiones non exigant, nec pro ſe, nec pro ſotijs ſuis, inſuper tales reuerendi Patres Magiſtri in omnibus tractentur, ſicut Magiſtri huius Prouinciæ in alijs Conuentibus tractari ſolent, vt decet, neque in hoc aliqnid innouetur.

*ctì Thomæ de Madrid contributiones non petat à Magiſtris.*

12 Item ordinamus, quod Suppriores in hac noſtra Prouincia non durent, niſi per biennium, neque prorogetur, nec continuetur tale officium, vltra prædictum biennium, quod quidẽ computari debet à die, quo eius inſtitutio notificatur in Conuentu.

*Suppriores non durent niſi per biennium.*

13 Item ordinamus, quod Priores, & præſidentes Conuentuum, ſub pœna abſolutionis ab officio, ſcrutinium faciant de omni ſupellectili fratrum, & de veſtibus interioribus, & omnẽ profanitatem, & ſuperfluitatem tollant, & profanas veſtes interiores ſi quas inuenerint ſtatim, ſine mora diſſui, & ſcindi faciant, & per ſutores reducant in formam Religioſam, quas prælatus iterum videat antequam induantur à fratribus, & tunicas lineas ad carnes omnino tollat, vel vendendo, vel applicando infirmariæ, quod ſi frater vnam ſaltim tunicam habeat laneam, de altera prouideatur illi ex proprio depoſito, ſi habet, ſi autem nullam laneam tunicam habuerit pro altera prouideatur illi de depoſito communi Conuentus, vel ſi non habet depoſitũ, vel aliquid aliud, ex quo poſsit illi prouideri de vna tunica, ambæ prouideantur illi de communi depoſito Conuentus, ita vt nulla tunica linea remaneat, quod ſi Priores in hoc negligẽtes fuerint abſoluantur.

*De veſtibus interioribus fratrum*

## *Acceptationes.*

ACCEPTAMVS acta capituli generalis toloſæ celebrati anno Domini 1628. vndecima Iunij ſub Rss. P. N. M. Generali P. Fr. Serafino Sicco, & in executionem denuntiationis, fol. 13. in illo capitulo, ex decreto ſanctæ congregationis de propaganda fide, &c. Deſignamus Conuentum ſancti Stephani Salmanticenſis, & Conuentum ſancti Pauli Valliſoletani, & Collegium ſancti

Thomæ complutenſis, vt in illis deſignet A.R.P.N.P. aliquos fratres, vt dent operam pro linguis addiſcendis; maxime Hebraica, & greca, vt ibidem habetur.

1 Item in eiuſdem denuntiationis executionem mandamus, & omnino obſeruari volumus decretum à ſancta congregatione Cõcilij Tridentini, & à ſantiſsimo D. Noſtro Papa approbatum, vt Priores eorum Conuentuum, qui duodecim fratres alere non poſſunt, neque actualunt, voce, in capitulis prouincialibus non gaudeant, vt habetur in eadem pagina 13. circa finem.

2 Item acceptamus acta capituli Generales Romæ celebrati die ſecũda Iunij 1629. ſub Rss. P.N.M. Generali Fr. Nicolao Rodilfo, excepta ordinatione tertia decima, quæ de viſitationibus loquitur, & excepta ordinatione decima, quæ loquitur de depoſito pecuniarum Romæ ſtatuendo, & excepta admonitione ſexta, quę loquitur de dando viatico pecuniæ fratribus pro itinere; reliqua vero omnia in prædictis actis prædictorum capitulorum generalium prout ibidem ſcripta ſunt, & mandata obſeruari volumus, & mandamus.

*Præceptũ de non ambiendo officia, ſeu dignitates.*

3 Item ordinamus, & præcipimus, in virtute Spiritus Sancti, & ſanctæ obedientiæ, & ſub formali præcepto, omnibus, & ſingulis noſtræ Prouinciæ fratribus, vt nullus verbo, nec ſcripto, nec per ſe, neque per aliam perſonam procuret ſibi aliquod officium in noſtra Prouincia, & Religione, nec aliquem gradum, ſeu dignitatem, & ſub eodem præcepto formali mandamus vt nullus roget, nec intercedat pro aliquo, qui contra huiuſmodi præceptum aliquid commiſſerit, quod Deus auertat.

*Magiſtri ſunt Regentes ſtudiorũ*

4 Item ordinamus, & declaramus quod Patris Magiſtri huius Prouinciæ ſunt Regentes ſtudiorum, & vbi plures ſunt Magiſtri, antiquior eorum erit regens, ipſo tamen abſente à ciuitate, vel gimnaſio, magiſter, qui ſuccedit erit regens; & ſic omnes Magiſtri ſucceſsiue iuxta antiquitatem ſuorum graduum.

*Præceptũ de non omittendis conferentijs.*

5 Item ordinamus, & præcipimus in virtute Spiritus Sancti & ſanctæ obedientiæ, & ſub præcepto formali omnibus Prioribus, & præſidentibus Conuentuum ſtudiorũ, vt non ommitantur cõferẽtiæ, & cõcluſiones in diebus lectiuis, niſi in vigilia actus maioris, & poſt, & in octauis Natiuitatis Domini, Reſurrectionis, & Pentecoſtes, & recreationibus ante aduentũ, & quadrageſimam, niſi forte ocurrat illa hora aliqua ocupatio pro to

to

to Conuentu, poterunt tamen Priores, ſeu preſidentes, ſi non fuerit feſtum ſeruatum à populo (intra ſeptimanam) aliqua die videlicet Feria quinta diſpenſare poſt meridiem in connluſione, & conferentijs.

## *Admonitiones.*

ROGAMVS R.A.P.N.P. vt nullum ad Prioratum proponat, qui non poſsit in omnibus ſequi communitatem, & chorum tam die, quam noctu, & refectoriũ in cibis ordinis.

Admonemus omnes Suppriores huius noſtræ Prouinciæ, vt in omnibus iuxta obligationem ſui officij, vt habetur in capilo de officio Supprioris, coadiuuent Priorem, & eius guberna tionem exequantur, & nullatenus diuiſionē fratrum cōtra Priorem; vel murmurationem conſentiant, vel adiuuent, alioquin, aduertimus, quod, qui in hoc defecerint, ad querelam Prioris ad noſtrum A.R.P.P. miſſam facillime à ſuis officijs abſoluentur.

1 Item admonemus, vt Priores, ſeu preſidentes maxime obſeruari faciant ſacras noſtras conſtitutiones, & ceremonias. Et diuinum cultum, & officium nimis colapſum reparent, & maxime ſilentium, aduertendo, quod temporibus ſcilentij in cœlis ipſorum, quando reliqui fratres obſeruant ſilentium non ſint colloquia, & cōuerſationes, niſi quantum neceſſe eſt, vt fratres ſua negotia tractent cūm prelato. De quibus R.A.P.N.P. diligenter inquiret in viſitationibus an obſeruentur.

2 Item admonemus, vt Priores ſeu preſidentes licentias non facile, nec frequenter concedant exeundi à Conuentu, fratribus, & ſolum ad officia pietatis, & noſtræ profeſionis exercenda, ſemper deſignando ſotium, vt ſibi videbitur expedire pro ſecuritate exēpli, & edificationis, & quod fratres intra domum ocioſe vagari non permitant, ſed in cœlis, vel in Biblioteca, & ſtudijs, & alijs Religionis exercitijs occupētur. Inſuper, & per preſentes præcipimus omnibus Supprioribus ſub pœna abſolutionis ab officio, vt has noſtras ordinationes, quatuer in anno legere faciant in publico capitulo, aut refectorio in die, quã omnes conueniunt.

CONCEDIMVS huiuſmodi Lectoribus, vt ſint Patres a conſilijs, Lectores menſæ corrigant, & quod diſpenſentur à choro, in illis diebus, in quibus concluſiones, ſiue caſus conſcientiæ diſputantur, in reliquis autẽ diebus remanere poterũt à matutinis, niſi feſta tota duplicia, quæ à populo ſub præcepto colũtur, occurãt. In cæteris vero obedientijs, ſic ſegerant, ſicut alij fratres, & in tabula notentur ad hebdomadam.

¶ Inſtituimus in Lectorem pro Conuentu de Zamora Fr. Ioannem de Biedma, ex eodem Conuentu.

In Conuentu de Ciudad-Rodrigo Fr.

In Conuentu Benauente Fr. Lucam de Alaua, ex eodem Cõuentu.

In Conuentu de Victoria Fr. Ioſephum de Auendaño, ex eodem Conuentu.

In Conuentu de Peñafiel Fr. Melchiorem Ruyz, ex Conuentu de Caleruega.

In Conuentu de Medina del Campo Fr. Ioannem Creſpo de Bricia, ex eodem Conuentu.

In Conuentu de Huete Fr.

In Conuentu de Logroño Fr. Ildephonſum de Salamanca, ex eodem Conuentu.

In Conuentu de Tordeſillas Fr.

In Conuentu de la Peña de Francia Fr. Michaelem Vicente, ex eodem Conuentu.

In Conuentu de la Vera Fr.

In Conuentu de Guadalaxara Fr.

In Conuentu de Talabera Fr.

In Conuentu de Caceres Fr.

In Conuentu de Ocaña Fr.

In Conuentu de Cuenca Fr.

In Conuentu ſancti Telmi de ſan Sebaſtiani Fr. Ioannem Martinez, ex eodem Conuentu.

In Conuentu de Villaeſcuſa Fr.

In Conuentu de Aranda Fr.

In Conuentu de Rioſeço Fr. Melchiorem Feixo, ex eodem Conuentu.

In Conuentu de Alcala Fr. Petrum de Sancta Cruz, ex eodē Conuentu.

In Conuentu ſancti Thomæ de Madrid Fr. Ioannem de Soſa Magiſtrum, ex eodem Conuentu.

Pro reliquis autem Conuentibus prouideuit reuerendus admodum Pater noſter Vicarius Generalis.

## *Inſtitutiones.*

INSTITVIMVS in Vicarium Regni Galetiæ R.P. F. Didacum Lopez Preſentatum, & Priorem de Pamploua cū omnibus gratijs, & priuilegijs ſecundum noſtras conſtitutiones, & ordinationes Reuerendiſsimi Generalis Fr. Seraphini Sicci, pro illo Regno.

In Vicarium de Vilbao, ſub titulo Prioris Fr. Ioannem Martinez de Arrieta Priorem de Stella, & abſoluimus eum ab officio Prioratus de Stella.

In Vicarium ſancti Petri Dominarum, ſub titulo Prioris Fr. Ildephonſum Rodriguez, ex Conuentu de Segouia.

In Vicarium ſancti Ildephonſi de Axo, ſub titulo Prioris Fr. Gabrielem de Yzaguirre, ex Conuentu de Segouia.

In Vicarium ſancti Raymundi de Potes, ſub titulo Prioris Fr. Martinum de Arbelaez Priorē de Sātillana, & abſoluimus eū ab officio Prioratus de Santillana.

In Vicarium ſanctæ Mariæ de las Caldas, ſub titulo Prioris Fr. Antonium Fernandez, ex eodem Conuentu.

In Vicarium fratrum, & ſororum de Aldeanueua Fr. Pettum Rodriguez, ex Conuentu de Toro.

In Vicarium Matris Dei de Olmedo Fr. Ioannem Romai, ex Conuentu de Medina del Campo.

In Vicarium noſtrorum Conuentuum de Quixana de Lequetio, & de Hermua R. P. Priorem de Victoria pro tempore, cum omnibus gratijs & authoritate, quibus gaudere ſolent huiuſmodi Vicarij monialium in ſpiritualibus, & temporalibus.

In Vicarium de Beluis R. P. Priorem ſancti Vincentij de Plaſentia pro tempore.

In Vicarium de Velmonte, & Villamayor R. P. Priorem ſanctæ Crucis de Villaeſcuſa, pro tempore.

In Vicarium de Orellana R.P.Priorem de Truxillo,pro tẽpore cum eiſdem gratijs,& authoritate.

In Vicarium pietatis de Bexar Fr.Hieronymum de Mieſſes, Prædicatorem Generalem,ex Conuentu de Alcala.

In Conuentu de Santillana creamus in Priorem Conuentus Fr.Ildephonſum Sanchez,ex Conuentu de Hiepes.

## *Inſtitutiones Suppriorum.*

INTITVIMVS in Suppriorem ſanctæ Crucis Segouienſis Fr.Gaſparum de Soſa,ex Conuentu ſancti Petri Dominarum.

In Suppriorẽ ſancti Pauli Palentini Fr. Sebaſtianũ Ruyz, ex Conuentu de Burgos.

In Suppriorem ſancti Domini Zamorenſis Fr. Sebaſtianum Sarmiento,ex Conuentu de Alcala.

In Suppriorem ſancti Dominici Compoſtelani Fr. Manuelem de ſancta Marta,ex Conuentu de Cifuentes.

In Suppriorem ſancti Petri Martyris Toletani Fr. Gabrielẽ Gallego,ex eo dem Conuentu.

In Suppriorem ſancti Pauli Burgenſis Fr.Antonium de Antequera,ex Conuentu de la Coruña.

In Suppriorem ſancti Iacobi de Pamplona Fr.Thomam de Luna,ex Conuentu de Ocaña.

In Suppriorem ſancti Dominici Legionenſis Fr. Gaſparem Sanchez,ex eodem Conuentu.

In Suppriorem ſancti Dominici de Benauente Fr.Franciſcũ Martinez,ex Conuentu de Auila.

In Suppriorem ſancti Dominici de Victoria Fr.Dominicum Requexo,ex Conuentu de Trianos.

In Suppriorem ſancti Dominici de Ribadauia Fr. Petrum de Vega,ex Conuentu de Vibero.

In Suppriorem ſancti Dominici de la Coruña Fr.Franciſcũ Romero,ex Conuentu de Villaeſcua.

In Suppriorem ſancti Dominici de ſancta Marta Fr. Ioannẽ Ordoñez,ex Conuentu de Betanços.

In Suppriorem ſancti Dominici de Lugo Fr.Antoniũ Delgado,ex Conuentu de Valencia.

In Suppriorem ſancti Pauli de Peñafiel Fr. Leonardum de ſan Iacintho, ex eodem Conuentu.

In Suppriorem ſancti Dominici de Ponteuedra Fr. Martinum Herreros, ex Conuentu de Monforte.

In Suppriorem de Piedrahita Fr. Manuelem Cortinas, ex Conuentu de Medina del Campo.

In Suppriorem ſancti Dominici de Sangueſa Fr. Ioannem Morales, ex Conuentu de Alcala.

In Suppriorem de Viuero Fr. Didacum Fernandez, ex Conuentu de ſancta Marta.

In Suppriorem ſanctæ Mariæ Regalis de Nieua Fr. Petrum de Salinas, ex Conuantu de Palencia.

In Suppriorem ſancti Dominici de Villalon Fr. Marcum Sãchez, ex Conuentu de Piedrahita.

Iu Suppriorem ſancti Dominici de Guete Fr. Petrum Rodriguez, ex Conuentu de Hita.

In Suppriorem Roſarij de Mayorga Fr. Iacinthum Carauajal, ex eodem Conuentu.

In Suppriorem ſancti Dominici de Valencia Fr. Stephanũ Rodriguez, ex eodem Conuentu.

In Suppriorem Roſarij de Tordeſillas Fr. Franciſcum Gonçalez, ex Conuentu de ſan Sebaſtian.

In Suppriorem de Roxas Fr. Petrum Cauallero, ex Conuen de Pamplona.

In Suppriorem ſancti Spiritus de Palacios Fr. Gaſparum de Vgarte, ex Conuentu de Vilbao.

In Suppriorem Incarnationis de Truxillo Fr. Philippum de Orellana, ex eodem Conuentu.

In Suppriorem ſanctæ Catharinæ de Ciſneros Fr. Ioannem de Ceſpedes, ex Conuantu de Villalon.

In Suppriorem ſancti Dictini de Aſtorga Fr. Antonium Solis, ex eodem Con uentu.

In Suppriorem ſanctæ Mariæ de Villada Fr. Lucam Garcia, ex eodem Conuentu.

In Suppriorem ſanctæ Catherinæ de la Vera Fr. Matheũ Gomez, ex Conuentu de Plaſencia.

In Suppriorem ſanctæ Crucis de Carboneras Fr. Simonem Fernandez, ex eodem Conuentu.

In Suppriorem ſancti Dominici de Guadalaxara Fr. Petrũ Gonçalez, ex eodem Conuentu.

In Suppriorem ſanctæ Mariæ de Monbeltran Fr. Iacinthũ Rebexo, ex Conuentu de Aſtorga.
In Suppriorem ſanctæ Mariæ de Trianos Fr. Melchiorem Zapero, ex eodem Conuentu.
In Suppriorem ſancti Dominici de Ouiedo Fr. Raymundũ de Naua, ex eodem Conuentu.
In Suppriorem ſancti Ginelij de Talabera Fr. Manuelẽ Grillete, ex eodem Conuentu.
In Suppriorem ſanctæ Mariæ de Caceres Fr. Ioannem Roman, ex eodem Conuentu.
In Suppriorem ſancti Dominici de Ocaña Fr. Petrum Hurtado, ex eodem Conuentu.
In Suppriorem ſancti Pauli de Cuenca Fr. Michaelẽ de Guete, ex eodem Conuentu.
In Suppriorem de Carrion Fr. Ioannem Gomez, ex Conuẽtu de Mayorga.
In Suppriorem de Hita Fr. Iacinthum de Montemayor, ex Conuentu de Tordeſillas.
In Suppriorem ſancti Telmi de ſan Sebaſtian Fr. Ioannem de Ydiaquez, ex eodem Conuentu.
In Suppriorem de Villaeſcuſa Fr. Ioannem de la Zarça, ex Conuentu de Cuenca.
In Suppriorem Sanctiſpiritus de Arãda Fr. Gaſparem de Velloſillo, ex Conuentu de la Coruña.
In Suppriorem ſancti Petri Martyris de Rioſeco Fr. Didacũ Manuel, ex Conuentu de Benauente.
In Suppriorem Aſſumptionis de Betanços Fr. Rochum Laſo, ex Conuentu de ſanta Marta.
In Suppriorem ſancti Saturnini Fr. Martinum del Barrio, ex eodem Conuentu.
In Suppriorem ſanctæ Mariæ de Ieſus de Tabara Fr. Ioannẽ Romero, ex Conuentu de Toro.
In Suppriorem ſancti Thomæ de Madrid Fr. Didacum Ayllon, ex Conuentu de Salamanca.
In Suppriorem ſancti Antonini de Yepes Fr. Gabrielẽ Gõçalez, ex eodem Conuentu.
In Suppriorem ſancti Dominici de Aſpetia Fr. Ioannem de ſancta Maria, ex eodem Conuentu.
In Suppriorem Reginæ Cœli de Santillana Fr. Blaſsiũ Hortiz, ex eodem Conuentu.

In

In Suppriorem ſanctæ Mariæ de Valuerde Fr. Dominicum Lopez, ex Conuentu de Toledo.

## *Confeſſores Monialium.*

DAMVS in Confeſſores ſancti Dominici Regalis de Madrid Fr. Ioannem Fernandez ex Conuentu de Salamanca, Fr. Didacum de Noriega ex Conuentu Salmantino, & Fr. Petrum de Liaño ex Conuentu de Valladolid, in Procuratorem Fr. Ioſephum de la Rea, ex eodem Conuentu.

In Conuentu ſanctæ Catherinæ de Madrid in Confeſſorem Fr. Matheum de la Villa, de mãdato Rss. P. N. Generalis, ex eodem Conuentu, & in Confeſſorem, & Procuratorem fratrem Eugenium Diaz; ex Conuentu del Roſario de Madrid.

In Conuentu ſancti Dominici Regalis de Toledo in Confeſſores Fr.

In Procuratorem Fr.

In Conuentu Matris Dei de Toledo in Procuratorem, Fr. Bartholomeum Gudelo, ex Conuentu de Plaſencia, in Confeſſores Fr.

In Conuentu ſancti Dominici Regalis de Caleruega, in Procuratorem Fr. Ioannem Gutierrez, ex Conuentu de Atocha, in Confeſſorem Fr. Martinum de Albear, ex Conuentu de Peñafiel, in parochum Fr. Ioannem de Rueda, ex Conuentu de Talabera.

In Conuentu Sanctiſpiritus de Toro in Procuratorem, & Confeſſorem Fr. Antonium de Arce, ex eodem Conuentu, in Confeſſorem prouideat R. P. Prior Taurenſis, pro nunc.

In Conuentu de ſan Cebrian de Mazote in Procuratorem Fr. Antonium Mendez, ex eodem Conuentu, in Confeſſorem Fr. Hieronymum Rexon, ex Conuentu Salmantino.

In Conuentu ſanctę Catherinæ de Velmonte in Procuratorem Fr. Ildephonſum de Villegas, ex Conuentu de ſanto Thomas de Madrid, in Confeſſorem Fr. Franciſcum Sanchez, ex Conuentu de Ocaña.

In Conuentu ſancti Dominici de Segouia, in procuratorem Fr. Bartholomeum Moſtazo, ex eodem Conuentu.

In Conuentu ſanctæ Mariæ Regalis de Medina del Campo, in Procuratorem Fr. Franciſcum Cauallero, ex Conuentu de Zamora, in Confeſſorem prouideat pro nunc R.P. Prior Metinenſis.

In Conuentu de la caſa de la Reyna, in Procuratorem Fr. Thomam de ſancto Domingo, ex eodem Conuentu, in Confeſſorem Fr. Manuelem Garcia Priorem de Tudela, & abſoluimus eum ab officio Prioratus de Tudela.

In Conuentu pietatis de Palencia in Procuratorem fr. Andream Vbierna, ex Conuentu de Aranda.

In Conuentu de Aldeanueua, in Confeſſorem fr. Andream de Couarruuias, ex Conuentu de Alcala, in Procuratorem fr. Felicianum de la Cruz, ex eodem Conuentu, in parochum oppidi fr. Franciſcum de ſancto Domingo, ex Conuentu de Salamanca.

In Conuentu de la Penitencia de Valladolid, in Procuratorem, & Confeſſorem fr. Franciſcum de Valencia, ex eodem Conuentu.

In Conuentu Santiſpiritus de Benauente, in Procuratorem & Confeſſorem prouideat R.P. Prior Beneuentanus.

In Conuentu de Villamayor, in Procuratorem, & Confeſſorem fr. Sebaſtianum Fernandez, ex Conuentu de Rioſeco.

In Conuentu de Orellana, in Procuratorem, & Confeſſorem prouideat, pro nunc, R.P. Prior de Truxillo.

In Conuentu de Lugo in Confeſſorem, & Procuratorem fr. Franciſcum de Gueuara, ex eodem Conuentu.

In Conuentu de Veluis, in Procuratorem, & Confeſſorem fr. Aguſtinum Diaz, ex Conuentu de Valladolid.

In Conuentu Incarnationis de Plaſencia, in Procuratorem & Confeſſorem prouideat R.P. Prior placentinus.

In Conuentu de Quixana, in Procuratorem, & Confeſſorē prouideat R.P. Prior de Victoria pro nunc.

In Conuentu de Lequetio, & in Conuentu de Hermua, prouideat R.P. Prior de Victotia pro nunc.

In Conuentu ſanctæ Catherinæ de Ocaña in Procuratorē, & Confeſſorem prouideat R.P. Prior ſancti Dominici de Ocaña.

Omnibus autem fratribus hic nominatis, in Suppriores, Cōfeſſores, & Vicarios Monialium, & in alia quæcumque offi-

cia,

cia, præcipimus in virtute Spiritus Sancti, & ſanctæ obedientiæ ſub precepto formali, quod intra menſem à notitia preſentium ſe preſentent conuentibus, ſeu monaſterijs, quibus deſignātur, vt exequantur ſua officia, & Confeſſoribus, ſeu Vicarijs, ſub eodem præcepto mandamus, vt inde non recedant donec eorũ ſucceſſores preſentes fuerint, & tunc ad Conuentus, in quibus aſsignati ſunt reuertantur intra triginta dies à præſentia ſuorũ ſucceſſorum.

## Nomina Deffunctorum.

IN Conuentu ſancti Pauli de Palencia, fr. Gomez de Dueñas S. & P. A. obijt octogenarius, Fr. Damaſus Artuſel S. & P. A. fr. Eugenius de Soto S. fr. Ioannes de la Cruz acolitus.

In Conuentu de Zamora fr. Marcus del Moral, & fr. Ferdinandus de ſancto Domingo, S. P. A.

In Conuentu ſancti Petri Martyris de Toledo, fr. Franciſcus Pacheco S. & P. A. fr. Ioſeph Roxo S. Fr. Gaſparus de Victoria S, Lector Theologiæ ſanctæ Crucis Segouienſis.

In Conuentu ſancti Pauli Burgenſis Fr. Marcus de los Huertos Preſentatus, & Lector Theologiæ Conuentus S & P. A. Fr. Thomas del Spiritu ſancto acolitus, Fr. Antonius de ſancta Maria Subdiaconus, Fr. Dominicus Eſpino acolitus.

In Conuentu ſancti Stephani Salmantini Fr. Didacus de Gamiz S. & P. A. Fr. Ioannes de ſancto Domingo S. & P. A. Fr. Hieronymus Gil S. & P. A. Fr. Ioannes Sophia Diachonus, Fr. Ioannes Gilarte laicus, Fr. Stephanus Liceo acolitus.

In Conuentu ſancti Iacobi de Pamplona Fr. Martinus de la Bayen S. & P. A. Fr. Martinus de Andion S.

In Conuentu ſancti Dominici de Ciudad Rodrigo Fr. Ioãnes Sanchez S. & quidam nouitius.

In Conuentu ſancti Dominici de Leon Fr. Chriſtophorus de Roxas Lector Theologiæ Conuentus, & Fr. Thomas de la Cadena Magiſter ſtudentium.

In Conuentu de Ocaña Fr. Andreas de Montaluo S. & P. A. Fr. Ioannes Zoyo S. & P. A. Fr. Iacinthus Ximenez S. Fr. Ambroſius de ſancto Domingo laicus.

In Conuentu ſancti Pauli Vallisoletani P. Fr. Ioannes de Berrio Magiſter Prior Conuentus, & quõdam Prouincialis, Fr. Ferdinandus Cornejo Preſentatus, & Prædicator Generalis S. & P. A. Fr. Ioannes Velazquez Predicator Generalis, & P. A. Fr. Antonius Eliz S. & P. A. Fr. Ildephonſus de ſancto Domingo laicus, Fr. Hieronymus Valdes S. & P. A. Fr. Marcus de la Fuente iuuenis, Fr. Antonuis de la Cueſta laicus, Fr. Andreas Lopez acolitus, Fr. Martinus Araoz S. & P. A. & Lector caſuũ conſcientię Conuentus Victoriæ, vitæ ſantitate, & zœlo animarum inſignis, ſui inſtituti obſeruantiſsimus, cuſtos virginitatẽ, vſque ad extremum ſpiritum illibatam coluit, obijt Valliſoleti tertio Kalendas Octobris, frequens populus eius funus deuote parentauit.

In Conuentu ſancti Dominici de Victoria obijt R. P. M. Fr. Didacus de la Fuente quondam Prouincialis, Fr. Michael de Zamudio laicus, Fr. Chriſtophorus de la Trinidad laicus.

In Conuentu de Plaſcencia Fr. Ludouicus de Aguilar S. & P. A.

In Conuentu de Talabera Fr. Ildephõſus de la Cruz Prior Conuentus.

In Conuentu ſancti Ildephonſi Taurenſis Fr. Laurentius de Almaguer Prior Conuentus, & Predicator Generalis.

In Conuentu ſancti Dominici de Vibero Fr. Michael Serrano Prior Conuentus.

In Conuentu ſanctæ Mariæ Regalis de Nieua Fr. Matheus de Caraſa Sacerdos.

In Conuentu ſancti Dominici de Huete Fr. Petrus de Medina Sacerdos.

In Conuentu de Logroño Fr. Ioannes de Verlanga Sacerdos.

In Conuentu de Tordeſillas Fr. Hieronymus Eſcudero Prędicator Generalis, & P. A.

In Conuentu ſancti Spiritus de Palacios Fr. Ioannes Cacharo S. Fr. Ioannes Muñoz S.

In Conuentu ſanctæ Crucis de Carboneras Fr. Ioannes de Caſtro acolitus, Fr. Iachintus Diaz S.

In Conuentu ſanctæ Mariæ de Trianos Fr. Iachintus de Loaces iunenis, & Fr. Ioannes de Balbuena S.

In Conuentu ſanctæ Mariæ de Atocha P. Fr. Didacus de Loren-

Lorençana Magiſter, & Prior Conuentus, Fr. Ioannes de Eſcaxedo Sacerdos, & P. A. Fr. Ioannes de Si, S. Fr. Thomas de Arauz S. & P. A. Fr. Marcus Fernandez laicus.

In Collegio ſancti Thomæ de Alcala Fr. Petrus de Velarde Sacerdos.

In Conuentu Sanctiſpiritus de Aranda Fr. Didacus de la Cruz S. Fr. Ioannes de Camargo S. & P. A. Fr. Felix Muñoz Diachonus.

In Conuentu ſancti Pauli de Cuenca Fr. Franciſcus Martinez S. & P. A.

In Conuentu de Galiſteo Fr. Balthaſar de Ceſpedes Supprior Conuentus.

In Conuentu ſancti Thomæ de Madrid Fr. Sebaſtianus Almonacid S. Fr. Antonius Perez laicus, Fr. Petrus de Heredia S. & P. A. Fr. Michael de ſancta Cruz S. & P. A, Fr. Franciſcus de ſancto Domingo laicus, Fr. Hieronymus Fernandez laicus, Fr. Michael de ſancto Thomas laicus.

In Conuentu ſancti Dominici de Soria Fr. Bartholomeus Martinez Prior Conuentus.

In Conuentu de Tudela Fr. Gregorius Ruyz iuuenis.

In Conuentu de Lugo Fr. Petrus de Salazar, S. & P. A,

In Conuentu Matris Dei de Alcala Fr. Ioannes Lopez S. & P. A.

In Conuentu de Villaeſcuſa Fr. Ioannes Valero S.

In Conuentu ſancti Raymundi de Potes Fr. Simon de Marieta S. Religione, Charitate, animarum zœlo, & humilitate præditus, abſtinentia inſignis, qui ieiunijs, diciplinis; ſilitijs, & alijs huiuſmodi penitentijs adeo corpus in vita macerauit, vt nihil penitus carnis eſſet in eo, niſi ſolus aſpectus, atque ſolis ipſis oſsibus cutis adherere videretur, obijt nondum triginta, & octo annos attingens, in cuius obitus die pulchrior, quã in vita, facies cunctis apparuit, & tanta fuit fidelium multitudo vtriuſque ſexus intempeſtiue ocurrentium, vt Eccleſia Conuentus, minime eam capere poſſet, ad cuius feretrum omnes, vnanimiter irruentes habitum capillos, & Roſarium nimio zœlo, & deuotione arripientes: ſumma, ab omnibus, virtutis opinione, & aclamatione ſanctitatis, veneratur. Item Fr. Franciſcus de Cosgaya laicus:

IN Conuentu ſancti Dominici Regalis de Toledo, ſoror Maria de Veraſtegui laica nonaginta annorum, ſoror Iſabel Ramirez laiça centum, & octo annorum obijt cum opinione ſanctitatis.

In Conuentu Matris Dei de Toledo, ſoror Catalina de Acuña ſeptuaginta annorum obijt cnm opinione ſanctitatis.

In Conuentu ſancti Dominici Regalis de Madrid laica quędam.

In Conuentu Matris Dei de Valladolid, ſoror Maria de la Madre de Dios.

In Conuentu ſanctæ Chaterinæ de Valladolid, ſoror Hieronyma de Auila Prioriſa Conuentus.

In Conuentu Penitentiæ de Valladolid, ſoror Iſabel Gallego Prioriſa Conuentus.

In Conuentu Sanctiſpiritus de Toro, ſoror Laurencia Garcia.

In Conuentu ſanctæ Chatarinæ de Madrid, ſoror Maria de ſan Bernardo, ſoror Franciſca de Galarça, ſoror Catalina de Sepulueda, ſoror Ioana de Sena.

In Conuentu ſanctæ Chaterinæ de Leon, ſoror Bernarda de Lorençana.

In Conuentu ſanctæ Catherinæ de Velmonte, ſoror Luyſa Mendez nouagenaria.

In Conuentu ſancti Michaelis de Truxillo, ſoror ſan Franciſco, ſoror Ana de la Salutacion.

In Conuentu del Roſario de Villamayor, ſoror Laurentia de Chriſto.

In Cōuētu ſanctæ Annę de Beluis S. Maria de Chriſto, ſoror Franciſca de los Angeles, ſoror Maria de la Preſentacion.

In Conuentu ſanctæ Mariæ de Zamora, ſoror Iſabel de Ribera octogenaria, ſoror Ines laica, cum opinione ſanctitatis.

In Conuentu Dominarum de Salamanca, ſoror Maria Mãrique, ſoror Ioana Carauajal, ſoror Maria de Ceſpedes Prioriſa Conuentus, ſoror Aguſtina Perez laica.

In Conuentu ſancti Dominici de Caleruega, ſoror Maria de ſan Damian.

In Conuentu de Quixana, ſoror Ana de la Viſitacion, ſoror Catalina de la Reſurrecion.

In Conuentu ſancti Dominici del Roſario de Tudela, ſoror Ioana Angela de Sena.

In Conuentu ſanctæ Mariæ la Noua de Lugo, ſoror Iſabel de Valcaçar, ſoror Iuana de ſan Raymundo.

In Conuentu ſanctæ Catherinæ de Alcala laica quędam.

## *Suffragia pro viuis.*

PRO Sanctiſsimo Papa noſtro Vrbano VIII. & pro felici ſtatu totius Eccleſiæ Catholicæ. Quilibet Sacerdos vnam Miſſam.

Pro Catholico, & inuictiſsimo Rege noſtro Philippo IIII. & Principe, & Regina, Sereniſsimiſque Infantibus, & Regia prole, Q.S.V.M.

Pro Excelleutiſsimo Duce de Lerma Patrono Prouinciæ noſtræ, & pro illuſtriſsima eius progenie, & tota familia, Q.S.V.M.

Pro Excellentiſsimo Comite de Benauente, & nobiliſsima familia Benauentana, Q.S.V.M.

Pro Illuſtriſsimo Domino Domino Archiepiſcopo Burgenſi, ex ordine noſtro aſſumpto, Q.S.V.M.

Pro Illuſs. & Rss.P.N.Fr. Antonio de Sotomayor, Magiſtro, & Catholicę Maieſtatis à ſacris Confeſſoribus, & Comiſſario Cruciatæ, Q.S.V.M.

Pro nobiliſsima, & fideleſsima ciuitate Taurenſi, à qua honorifice, & benigne, hoc noſtrum Capitulum ſuceptum eſt, Q.S.V.M.

Pro felici ſtatu Ordinis, & huius Prouincię agumẽto, & pro Rss.P.N.M. Ordinis, & R.A.P.N. Prouinciali electo, Q.S.V.M.

## *Suffragia pro defunctis.*

PRO Excellentiſsimis Ducibus de Lerma noſtræ Prouinciæ Patronis, & inſignibus benefactoribus noſtris, & pro eorum nobiliſsima familia, Q.S.V.M.

Pro Excellentiſsimo Domino Ioanne Alfonſo Pimẽtel Comite de Benauente, inſigni Prouinciæ noſtræ, & Religionis Benefactore, Q. S. V. M.

Pro Fratribus, & ſororibus noſtris defunctis à precedenti capitulo, & pro omnibus benefactoribus noſtris, Q. S. V. M.

Concedit Reuerendus admodum Pater noſter Vicarius Generalis omnibus fratribus, & ſororibus noſtrę Prouinciæ, quod expoſitum alias confeſſorem ſemel tantum eligere valeant, & ab eodem de præteritis caſibus, & cenſuris quas vſque ad notitiam præſentium incurrerunt, poſsint abſolui, ſicut poterant ab ipſo R. A. P. N. P.

Sententias iudicum approbamus, & aſsignamus congregationem ſequentem in Conuẽtu ſancti Dominici de Benauente quæ erit Dominica: *Deus, qui errantibus*, die decima ſeptima Aprilis anni mileſsimi ſexcenteſsimi trigeſsimi tertij. Capitulum autem Prouinciale electionis, pro eadem Dominica anni mileſsimi ſexcenteſsimi trigeſsimi quinti, erit in Conuentu ſancti Ildephonſi Taurenſis iuxta decretum literarum apoſtolicarum.

Omnem noſtram authoritatem diffinitiuam reſeruamus vſque ad vigeſsimam ſextam diẽ Februarij incluſiue anni 1631. quam ex nũc trãsferimus in R. A. P. N. Vicariũ Gen. vt ordinare, & ea omnia declarare poſsit, quæ expoſitione indigent, & eiſdem ſcriptis, ſeu impreſsis, manu R. A. P. N. Vicarij Generalis ſubſcriptis, & eius ſigillo munitis, omnimodam fidem adhiberi volumus. Datis in noſtro Conuentu ſancti Ildephõſi Taurenſis, die decima nona Februarij, anni Dnmini 1631.

*Fr. Ioannes del Pozo, M. & primus Diffinidor.* *Fr. Ioannes de la Puente, M. & ſecundus Diffinidor.*

*Fr. Franciſcus de la Ribera, M. & tercius Diffinidor.* *Fr. Ferdinandus de Miranda, M. & quartus Diffinidor.*

Fr. Hyacinthus vic. G.

llegaron a esta cala y a este Collegio de S.T. a 5. de Abril de 1631.

350E